

$b, b a, b c, b o, 1$ quad. quad. $p:9$, æqualia 16 (quadrato 4 dimidij $a b$) quadratis scilicet: quare res erit $r: v: 8$ m: $r: 55$ & duplum eius, id est $r: v: 32$ m: $r: 880$, erit quantitas $c d$ differentiæ partium. Et ideo problema est ut cum sciam quantitatem $a b$, et modum inueniendi productum ex $c d$ in $c e$, ut sit æquale f , si inuenero modum ut ex $c d$ in productum $b c$ in $a c$, quod est quadratum $c e$, fiat idem f , inuentum erit capitulum. Sed uariantur partes scilicet $c d$ & $c e$ in uno & altero problemate.

Rursus cum ex $c d$ differentia partium in productum $a c$ in $a b$ fit f , & $b c$ sit æqualis $a d$ erit ut ex $a c$ in $a d$, & post producto in $c d$ fiat f , ergo si $c d$ esset media proportione inter $a c$ & $a d$, esset $a c$ diuisa in d secundum proportionem habentem medium & duo extrema: & si productum sic esset, esset $c d$ $r: cu. f.$ & quoniam productum $a c$ in $a d$, est semper in aliqua proportione cum quadrato $c d$, uel maioris uel minoris, & ea sumitur in æquali proportione semper $a b$ 1 quad. $p:$ numero rerum lineæ diuisæ æqualibus quadrato eiusdem: aut 1 quad. $p:$ quadrato numeri lineæ diuisæ æqualibus rebus in triplo numeri rerum. ut si lineæ diuisa sit 10, habebō 1 quad. $p: 10$ rebus æqualia 100, uel 1 quad. $p: 100$, æqualia 30 rebus, & æstimatio semper erit eadem. Et si quadratum $c d$ sit duplum aut triplum producto $a c$ in $a d$ habebimus, id est quad. $p:$ multiplic. eiusdem numeri rerum æqualia multiplici quadrati eiusdem numeri, aut 1 quad. $p:$ quadrato numeri eiusdem lineæ diuisæ æqualia rebus ductis per conuersum proportionis $p:2$. Exemplum in quadrupla proportione antea fuit 1 quad. $p: 10$ rebus æqualia 100, uel 1 quad. $p: 100$ æqualia 30 rebus, hic habebō 1 quad. $p: 40$ rebus æqualia 400, uel 1 quad. $p: 100$, æqualia 60 rebus, qui numerus producitur ex 4 numero proportionis, & 2 assumpto ex regula. Et res seu æstimatio est eadem, uel si productum fuerit multiplex quadrato, assumemus contrario modo, uel 1 quad. cum rebus sumptis secundum illam partem æqualia parti eidem quadrati lineæ diuisæ: uel 1 quad. $p:$ quadrato eiusdem lineæ diuisæ æqualia rebus duplo $p:$ portione eadem lineæ diuisæ: & res redit ad idem. Et exemplum est clarum.

Ex quo tandem patet quod assumpta $a b$, ut in presenti capitulo, quæ sit 12, & ex $c d$ differentia in productum $a c$ in $c b$ fiat 8, habemus 1 cu. $p: 4$, æqualia 36 pos. hoc enim demonstratum est: Ergo $a c$ erit diuisa in d , eo modo ut ex $a c$ in $a d$ inde in $d c$ fiat 8, & rei æstimatio erit dimidium $c d$: ergo $c d$ duplum æstimationis, & residui dimidium $a d$ uel $b c$, si ergo $c d$ esset $r: cu. 8$, id est 2, erit $d a$ $r: 5$ m: & $c a$ $r: 5$ p: 1, & ideo tota $a b$ $r: 20$. Si quis ergo dicat fac ex $r: 20$ duas partes, ex quarum ductu rectanguli earum in differentiam fiut 8, ha
bebis